in resurrectione dñi omnia restituturum.
ut quod in sinagogis caeciderat surgat in eccle
siis & possideant credentes reliquias idumeae.
Et omnes nationes. ut quidquid reliquũ fuerit
de ligno sanguinario atque terreno in caelestia
regna mutetur. Et omnes gentes quae oblitae
sunt dñm conuertantur & reuertantur ad deũ;
Si autẽ iuxta LXX legere uoluerimus ut
requirant reliqui sit. Et os gets super quas
inuocatũ est nom meũ reliquos hominum
eos debemus accipere qui de iudaico populo
crediderunt. Et quasi lapillos non caeciderunt
de cribro. Nec cũ puluere paleisq; & sor
dib; sunt proiecti. Reliquiae enim in principio
fidei saluae fient in fine mundi. ut cũ subintra
uerit plenitudo gentiũ. Tunc omnis isrł sal
uus fiat. Nomen autẽ dñi quod inuocatur sup
reliquos & sup omnes gentes illud est de quo sal
uator dicit. Pater reuelaui nomen tuũ hominib;
& ne longo sermone regulã deferã sponsionũ.
& in hoc propheta & in ceteris quaecũque de
aedificatione hierusalẽ. Et tẽpli & rerum om
nium beatitudine praedicantur. Iudaei in ul
timo tẽpore uana sibi expectatione promittunt
& carnaliter implenda cõmemorant. Nos autẽ
qui non occidentẽ litterã sed spũ sequimur uiui
ficante iam in ecclesia expleta conuincimus.
Et cottidie conpleri in singulis qui ruentes
reaedificantur per paenitentiam;

Ecce dies ueniunt dicit dñs. & conprehendit
arator messorẽ. & calcator uuae mittentẽ
semen. Suscitato tabernaculo dauid quod caeci
derat. Et reaedificatis his quae fuerant lapsa
atque subuersa. discribitur rerũ omniũ abundan
tia. Quomodo hi qui prius euntes ibant & fle
bant portantes semina sua. Uenientes uenient
in exultatione portantes manipulos suos. Ut con
sequantur manipulorum tritura uindemiã.
siue arator messorẽ ut uiuauariet ur adducat
colorẽ in tempore seminis. Siue ut ueriius est
calcator uuae conpraehendat sementẽ. Et sic
sibi inuicẽ cuncta succedant ut nulla dies sit
absque frumento uino & gaudio. In illo tẽpore
plenis torcularib; uua calcabitur. & de xpiac
martyrum sanguine rubentia musta funden
tur. Et huiuscemodi calcator uuae. Erit semi
nariũ sermonis dĩ. Ut sanguis eorũ magis cla
met in mundo quã clamauit sanguis abel iusti;
Quicũq; autẽ merito uirtutũ suarum ad mon
tana conscenderit mel sudabit. Immo stillabit
dulcedine sermonis dĩ de quo scriptũ est.
Gustate & uidete quã suauis est dñs. Et quã dul
cia eloquia tua gutturi meo sup mel & fauum;
Et qui infra montes immo secundi a montibus
fuerint. quos sponsus transilit in cantico canti
corum & appellat colles constituerunt. Et im
mitabuntur paradisũ dĩ ut omnia in illis poma
pendeant doctrinarũ. Tunc si quis infidelita
te captiuus est & nec dũ credidit in nomine
dñi & est de reliquiis populi quondã eius isrł.
Reuertitur ad fidem xpi. Ut quae in pro
phetis audierat in euangelio teneat. Hi autẽ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0209